



Class
5128
91

6014

DE TITULIS ALIQUOT ATTICIS
RATIONES PECUNIARUM MINERVAE EXHIBENTIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XVI. M. NOVEMBRIS A. MDCCCLXXXXI

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

GUILELMUS BANNIER

SAXO-BORUSSUS.

ADVERSARII ERUNT:

R. HELM, STUD. PHIL.

P. GENSEL, CAND. PHIL.

O. PLASBERG, CAND. PHIL.

BEROLINI, 1891.

HEINRICH & KEMKE.

ADOLPHO KIRCHHOFFIO

S.

De titulis aliquot Atticis rationes pecuniarum Minervae exhibentibus.

Quicunque res ab Atheniensibus gestas accuratius pertractare studebit, facere non poterit, quin eas inscriptiones Atticas, quae rationes pecuniarum Minervae exhibentes ad nos pervenerunt, quam diligentissime perquirat. Quas, cujus imprimis temporum rationes cognoscere interest, neglegere omnino non debet. Sed cum adhuc non nisi fragmenta effossa sint, raro, quantacunque opera insumitur, quidquam certi praedicari potest. Neque tamen putaverim de eo titulo, qui continet rationes de pecuniis in bellum adversus Samios gerendum erogatis omnino desperandum esse, sed ex fragmento ipso, nisi fallor, concludi potest, quibus annis bellum illud gestum sit. Quae res, cum adhuc satis incerta esset, indigna mihi visa non est, quae accuratius consideraretur. Fragmentum in lapide Pentelico a parte aversa et sinistra integro, a reliquis lateribus mutilo perscriptum hoc est (C. I. A. I 177):

```
                  .  .
                  E  K
               L  Σ  E
            Σ  O  Σ  I
         )  Φ  P  E  A
|H  Δ  Δ  Γ  T  T  T
|A  Θ  E  N  A  I  O  I
|Γ  P  O  Σ  Σ  A  M  I  (
|A  Θ  E  N  A  I  A  Σ  Γ
```

Σ Η Ο Ι Σ Φ Υ Ρ Ο
Τ Ε Υ Ε Τ Α Μ Ι Α
Χ Σ Ο Ι Ο Ν Α Υ Σ
Η Η Η 𐅃 Δ 𐅃 Τ Τ Τ
Γ Α Ρ Α Τ Α Μ Ι Ο
Ι Ν Ο Σ Γ Ε Ρ Α Ι
Ε Ρ Ο Ν Η Ο Ι Δ Ε
Α Φ Ι Δ Ν Α Ι Ο Σ
𐅅 Η Η Η Η 𐅃 Τ Τ Τ
Χ Σ Υ Μ Γ Α Ν Τ Ο
Ι ΙΙ ΙΙ ΙΙ

Perfacile intellegitur titulum tres pensiones complexum esse, quae ita compositae erant, ut talentorum numeri a lapidis sinistro margine initium caperent. Num in parte laesa nonnulla talenta interciderint pro certo dicere non licet. Attamen si re vera interciderunt non plus tria interciderunt. Cum enim prima ratio 128 talenta complectatur, manifestum est numerum in tabula integra si modo major fuit uno modo talento majorem fuisse. Idem de pensione secunda et tertia, e quibus 368 et 908 talenta supersunt, dicendum est. Pro 128 et 368 et 908 talentis ad maximum igitur 129 et 369 et 909 talenta in tabula integra exstiterunt. Computatis talentis 1404 talenta efficiuntur, quae summa in tabula non laesa quinque modo talentis major fuisse potest. Numerus enim talentorum deperditorum tria superasse, numerus drachmarum, si modo exaratae erant, tria effecisse nequit. Itaque manifestum est summum numerum talentorum 1409, minimum 1404 fuisse. Unus ex his sex numeris, scilicet inde a 1404 usque ad 1409 sine dubio versu ultimo exaratus erat, sed numeri 1400 frustula modo hodie supersunt.

Id satis certum esse videtur. Multo difficilius autem est tituli deperditam partem supplere, quod facere non sine aliquo metu conati sumus, cum non ignoraremus, quam facile fieri posset, ut longe a vero aberraremus. Attamen rem gravissimam fortasse recte significavimus, quod jam satis esse videtur.

Ac primum quidem manifestum est secundam pensionem ab his verbis initium cepisse: Ἀθηναῖοι ἀ[νήλωσαν τάδε ἐς . .]. Quae verba hoc loco posita difficultatem quandam praebent. Cum enim hinc novi anni fieri initium, tum omnes pensiones in tabula exaratas eodem anno factas esse existimaveris. Illud, quod verba Ἀθηναῖοι ἀνήλωσαν primae cuique pensioni quodam anno factae praefigi solent, hoc, quod extremo quoque anno consummatio fieri solet, quam tabula nostra non exhibet vs. 5. Attamen fortasse omissa est, quod una modo pensio facta est. Cui ratiocinationi cum non habeam, cur repugnem, interim rem in medio relinquere cogor.

Ex verbo Ἀθηναίας facile concluditur versu antecedente quaestores Minervae nominatos esse. Pro sollemni casu nominativo tamen, ut initium tertiae pensionis docet, exstitisse videtur: [παρὰ ταμιῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς] Ἀθηναίας. Quo supplemento posito cum secundus versus multo longior quam primus fiat, quod fieri minime debet in titulo accurate στοιχηδόν perscripto manifestum est primo versu etiam archontem hujus anni, ut solet fieri, nominatum esse. Is erat Morychides anno Ol 85, 1, quem annum secundum belli fuisse plerumque putant. Quo nomine posito talis oratio evenit:

Ἀθηναῖοι ἀ[νήλωσαν τάδε ἐπὶ Μορυχίδου ἄρχοντος ἐς τὸν]
πρὸς Σαμίο[υς πόλεμον· παρὰ ταμιῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς]
Ἀθηναίας . . . .

Quae cum non solum apta sit, sed etiam litterarum numero, quarum quadragenae quaternae versum complent, commendetur, fortasse recte se habet. Versus tertius aut quaestorum nomina hoc modo exarata: τοῦ δεῖνος καὶ ξυναρχόντων, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, aut eorum qui pecunias acceperant, continuit. Eos alios atque Hellenotamias aut praetores fuisse vix credibile est. Attamen cum versu quarto scriba quidam exaratus fuerit, consequitur, ut praetores nominati non fuerint versu antecedente. Restant igitur questores Minervae aut Hellenotamiae. Sed hi, non illi, nominati esse videntur, ut ex prima littera sequentis versus colligitur. Nam si recte

παρὰ ταμιῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας

ante supplevimus, pro littera *Σ* initio versus sequentis exarata jure littera *N*, quae verbum *ξυναρχόντων* terminat, exspectatur. Sed ne Hellenotamiae quidem sollemni modo nominati esse videntur scilicet

Ἑλληνοταμίαι, ὁ δεῖνα καὶ ξυνάρχοντες,

cui supplendi rationi spatium repugnet. Cum vero certe ei magistratus nominandi essent, qui pecuniam acceperant, mihi nisi hoc modo suppleri posse non videtur:

Ἀθηναίας π[αρέλαβον Ἑλληνοταμίαι οἱ τότε ἄρχοντε]
ς οἷς Φυρο[. . . . . ἐγραμμά]
τευε.

Cum lacuna vix aliter expleri possit, scriba Hellenotamiarum patris pagique nominibus adjectis nominatus esse videtur. Aliunde is notus non est. Verbum sequens sine dubio ex *ταμίαι* superest et quaestores Minervae significat. Cum versus proximus nomina quaedam exarata exhibeat, scilicet *ἐξ Οἴου, Ναυσ . . . .* primo aspectu putes omnes quaestores enumeratos esse, sed spatium non suppetit. Ii modo nominati esse videntur, qui pro toto collegio pecuniam persolverunt. Suppleverim ideo *ταμία[ι ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας ὁ δεῖνα ἐ]*
ξ Οἴου, Ναυσ[. . . . παρέδοσαν].

Proximus versus continet numerum talentorum expensorum, de quo jam supra egimus. Cum pensio tertia ab initio versus exarari coepta esse videatur, credibile est et post numerum et nomina versibus duobus antecedentibus spatia vacua fuisse. An quisquam putat ambos accurate expletos esse?

Pensio tertia ad hunc fere modum explenda esse videtur

Παρὰ ταμιῶ[ν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας οἷς . . . .]
ινος Πειραι[εὺς ἐγραμμάτευε παρέλαβον . . . . ἔτ]
ερον οἵδε [Ἑλληνοταμίαι . . . .]
Ἀφιδναῖος . . . .
[Ḣ] H H H H Ⓟ T T T.

Ut supra nonnulli quaestores, sic hoc loco nonnulli Hellenotamiae nominati esse videntur, qui pro collegio toto pecunias

acceperant. Quod verbum ante ἕτερον exstiterit, dicere non audeo. Post nomina numerumque rursus spatia vacua fuisse verisimile est. Versus paenultimus facile sic expletur:

Χσύμπαντο[ς ἀναλώματος κεφάλαιον]. Versu ultimo exstitit *Χ Η [Η] Η Η . . . .*

Etiam hos duos versus spatia vacua continuisse verisimile est.

Ne sint sane singula recte suppleta, tamen certum esse videtur re vera utrumque, quem scribam fuisse posuimus, scilicet alterum Hellenotamiarum, alterum quaestorum Minervae, scribam fuisse. Quod summi momenti est. Cum enim *Φυρο* . . . . quidam Hellenotamiarum scriba fuerit, apparet titulum inde a versu 6. non rationes anno Ol 85,1 erogatas exhibere. Eo anno enim fuit Sosistratus quidam Hellenotamiarum scriba, ut ex praescripto laterculi primitiarum ad annum Ol 85,1 pertinentis evincitur. Vide sis: C. I. A. I 240.

ἐπὶ τῆς πέμπτης καὶ δεκάτης ἀρχῆς, ᾗ Σωσίστρατος Ὑβάδης ἐγραμμάτευε. Αἰσχύλος Ἐλευσίνιος Ἑλληνοταμίας ἦν.

Attamen cum Hellenotamiae item, ut quaestores Minervae Panathenaeis demum, non initio anni civilis magistratu abirent, facile dixerit quis illum *Φυρο* . . . . munere usque ad Panathenaea Ol 85,1 functum propterea nominatum esse, quod prima pensio ante Panathenaea facta sit. Sed sit sane pensio prima, de qua re dubitari posse supra commemoravimus, tamen non concesserim illum *Φυρο* . . . . ante Sosistratum munere functum esse. Nisi enim omnia me fallunt hic sub litteris versu 3 exaratis (*ΣΟΣΙ*) latet, unde efficitur, ut ille *Φυρο* . . . . anno post, non ante Hellenotamiarum scriba fuerit, scilicet inde a Panathenaeis Ol 85,2 usque ad Panathenaea Ol 85,3. Eam igitur pensionem, quae a verbis *Ἀθηναῖοι ἀνήλωσαν* initium capiat, anno Ol 85,2 factam esse constat. Si prima quoque ratio eidem anno tribuenda est, sine dubio ante Panathenaea Sosistrato munere fungente expensa est. Sed utut res se habet, si re vera *ΣΟΣΙ* ex Sosistrato superest et *Φυρο.* Hellenotamiarum scriba putandus est, de qua re non jam dubitaverim, sequitur, ut secundus annus belli contra

Samios gesti Ol 85,2, non Ol 85,1 fuerit. Bellum totum igitur Ol 85,1 et Ol 85,2, non Ol 84,4 et Ol 85,1 gestum est, ut plerumque putatur, et ipse de industria falso posui, ne filum orationis interrumperem. Pro Morychide archonte igitur Glaucides restituendus est, quod sine ulla difficultate fieri potest.

Dicet aliquis, illum Sosistratum omnino non Hellenotamiarum, sed logistarum scribam fuisse. Quae sententia primum Boeckhio [1]) deinde etiam Koehlero [2]) probata si stare posset, dubium non est, quin omnis ratiocinatio nostra corrueret. Sed ab Joh. Christio [3]) nostra quidem sententia justo jure refutata est, cui quamquam plerumque adsentimur tamen superfluum esse non arbitramur rem paullo uberius tractare.

Omnia enim praescripta laterculis primitiarum praefixa, quorum frustula servata sunt, scribam quendam exhibent sive hac formula adhibita:

ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ᾗ ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, sive hac:

Ἑλληνοταμίαι ἦσαν . . . ., οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε. Semel scriptum est:

ἐπὶ τῆς τρίτης ἀρχῆς, ᾗ Διότιμος ἐγραμμάτευε τοῖς τριάκοντα (C. I. A. I 228).

Hoc praescripto omisso apparet modo scribam imperii alicujus, modo Hellenotamiarum exaratum esse. Cum autem per se verisimillimum sit semper eorundem magistratuum scribam nominatum esse, non sine aliquo jure illum Hellenotamiarum fuisse suspiceris. Idem is titulus docere videtur, qui usuras pecuniarum per annos Ol 88,3—89,2 ad belli usus ex Minervae aerario mutuo sumptarum exhibet (C. I. A. I 273). Qui quamquam a logistis item, ut catalogi sexagesimae tributorum, compositus est, tamen singulos annos secundum singula quaestorum, id est eorum, quorum ex aerario pecuniae sumptae erant, non secundum logistarum imperia significat.

---

[1]) Oecon. civ. Ath. II. 583.

[2]) Comm. acad. Berol. 1869. 109.

[3]) De publicis populi Atheniensis rationibus. Diss. inaug. Gryphiswaldiae 1879.

Eadem de causa probabile est in catalogis primitiarum annos singulos secundum Hellenotamiarum imperia significatos esse. Quid plura? Ut logistae usurarum tabulam rationibus expensorum a quaestoribus institutis usi, sic catalogos primitiarum Hellenotamiarum indicibus usi videntur composuisse. Qui indices, etsi in lapidibus incisi non sunt, tamen sine dubio facti a logistis inspici potuerunt. Quos ad verbum fere descriptos pro tributis sexagesima quaque parte posita in lapidibus incidendos curarunt. Hic illic breviter significaverunt, se primitias computavisse, ut in usurarum tabula, neque tamen pro Hellenotamiarum imperiis in tabulis significatis sua subito posuisse videntur. Id prorsus praeter ullam probabilitatem est. Porro vix intellegas, cur inde ab anno Ol 84,2 praeter Hellenotamiarum prytanes logistarum scribae exarati sint. Si hi re vera intellegendi essent, aegre ferremus, ut Christius mihi recte animadvertisse videtur, quod magistratus significatio, cujus scribae fuissent, deesset. Fortasse idem vir doctus recte contendit, quamquam huic rei non tantum tribuerim, in indice anni tertii decimi Satyrum collegam Chalcidei Melitensis ante Doryphilum Hellenotamiarum prytanin nominandum fuisse, si logistarum scriba fuisset.

Gravissimum mihi esse videtur Strombichum Chollidam, qui secundum primitiarum laterculos anno Ol 84,1 (C. I. A. I 236) scriba fuit, secundum C. I. A. I 310 uno anno aliquo, qui sunt inter Ol 83,2 et 86,3 intermedii Hellenotamiarum scribam fuisse.

Fragmentum tituli hoc est:

	Γ Λ Ρ
	Χ Ρ Υ Σ
ΕΚΤΕ	Χ Ρ Υ Σ Ο Σ
	Γ Λ Ρ Λ Τ Λ Μ Ι Ο Ι
\ / X̄ ' ΡΗΗΗΔΔ⊦⊦	Ε Τ Λ Μ Ι Ε Υ Ο Ν Η C
	Ε Λ Ρ Λ Μ Μ Λ Τ Ε Υ
	Γ Λ Ρ Λ Η Ε Ⅎ Ⅎ Ε
ΧΧΡΗΗΡΔΔΓΙΙΙΙΙ	Σ Τ Ρ Ο Μ Β Ι Χ C

XO ʟ ʟ E I Δ E
ΓΔPΑXΣE Δ
XXHΔΔΔΔΓꟷꟷ EΔPΑMMΑ
Δ ΓΔPΑTP

Fragmentum exhibet vs. 7—9 sine dubio:

παρὰ Ἑλλην[ο ταμιῶν οἷς]
Στρόμβιχο[ς ἐγραμμάτευε]
Χολλείδη[ς],

Tribuendum est pilae quadratae rationes pecuniarum in Parthenone, ut Koehlerus vidit, consumptarum complexae laterum latiorum alteri. Quae aedes anno Ol 83,2 incohata per quattuordecim vel etiam plures annos continuata est. Recte igitur Christius fragmentum anno ipsi Ol 84,1 attribuit, cum prorsus veri dissimile sit Strombichum iisdem fere temporibus bis scribae munus sortitum esse. Quae Christii sententia etiam lapide ipso confirmari videtur. Cum enim Ol 84,1 quartus annus operis esset, judicamus rationem, quam fragmentum exhibet in antico latere latiore quartam exaratam esse, id quod fragmenta 308 et 309, nisi fallor, confirmant. Frustula, quae item ex latere latiore supersunt, haec sunt:

308.
— I
)E E Γ I Σ T
Γ E Υ K I N Δ K
Γ E P I E Δ E N
X P Υ Σ O Σ T A
X P Υ Σ O Σ T Δ

309.
Σ H E I T I M O Θ
O Σ Γ P O T O
O Σ I Φ I Σ T
\ I H O I Σ Δ N
ʟ E M M Δ T Δ
Γ Δ P A T O
X P Υ Σ O Σ T
P Υ Σ O Σ T

Α Ρ Α Τ Α Λ
Α Ι Ε Α Β |
Α Ρ Α Τ Α Μ Ι
Σ Α Ν Δ Ρ
Α Η Ε Λ Λ
Ε Υ Σ Ι Ν Ι
Α Ρ Α Χ Σ Ε.
Α Ρ Α Τ Ε Ι
vacat.

Cum ut v. 19 et 20 docent sine dubio *παρ]ὰ Ἑλλ[ηνοταμιῶν οἷς ἐγραμμάτευε ὁ δεῖνα Ἐλ]ευσίνι[ος]* supplendi Eleusinius quidam Hellenotamiarum scriba fuerit, Sophiadem Eleusinium, qui anno Ol 84,2 [4]) scribae munere functus est, intellegendum esse una cum Christio contendere ausim.

Fragmentum igitur rationes quinti anni exhibuisse videtur. Erat item in antico latere latiore quinto scilicet loco exaratum, quem locum extremum fuisse conjicias, cum sub litteris spatium vacuum sit. Toto latere igitur quinque annorum rationes perscriptae erant, quae res, cum eo, quod tota pila quattuordecim annorum rationes ad minimum complexa est, luculentissime consentit. Si fragmentum C. I. A. I 316 exaratum ejusdem lapidis est, rationem anni Ol 85,3 exhibet, quo anno Acharnensis quidam Hellenotamiarum scriba fuit. Fragmentum hoc est:

Λ Ο Μ Ι
` Σ Τ Ε Σ Μ Ε
Α Μ Ι Ο Ν Α Ϝ
- Ε Ο Γ Α Ρ Α Δ
Α Σ Ι Γ Γ Ο Φ Λ
Μ Ι Ο Ν Η Ο Ι Σ
Χ Α Ρ Ν Ε Υ Σ
' Τ Α Λ Α.
' Τ

---

[4]) C. J. A. I 237 *ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς δωδεκάτης ῇ Σοφιάδης ἐγραμμάτευε Ἐλευσίνι.*

Scriba igitur vs. 6 seqq. ([παρὰ Ἑλληνοτα]μιῶν, οἷς [ἐγραμμάτευε

ὁ δεῖνα Ἀ]χαρνεύ[ς
τοῦ ξυμμαχικοῦ φόρου
μνᾶ ἀπὸ τ]οῦ ταλά[ντου])

nominatus idem esse videtur, qui anno Ol 85,3 munere functus est secundum C. I. A. I 242

([ἐπὶ τῆς ἑβδόμης καὶ δεκάτης ἀρχῆς, ἧ . . . .] Ἀχαρ[νε]ὺς ἐγραμμάτευε. [Ἑλληνοταμίας ἦν . . . . ἐκ Κεραμ]έων).

Ac si fragmentum eidem pilae ac praecedentia, quod quidem non sine aliqua audacia ponas, attribuendum est, sine dubio in averso latere latiore exstitit, quod item rationes quinque annorum continuisse probabile est. Accuratius locus significari non jam potest, cum non appareat, quot annos latera angustiora complexa sint.

Koehlerus etiam eo adductus est, ut putaret logistarum, non Hellenotamiarum scribas in praescriptis significatos esse illis, quod is Acharnensis, de quo supra egimus, secundum tributorum sexagesimae catalogos anno Ol 86,3 scriba fuerit. Cum autem eodem anno, ut fragmentum [5]) rationum pecuniarum in Propylaeis aedificatis consumptarum doceat, Protogenem Cephisiensem Hellenotamiarum scribam fuisse constet, manifestum esse neque illum Achanensem neque alios scribas Hellenotamiarum, sed logistarum putandos esse scribas. Quae sententia tamen stare non potest, cum is laterculus, non anno Ol 86,3 sed anno Ol 85,3 assignandus sit, ut ex ordine a Kirchhoffio in Comm. acad. Berol. 1870 instituto efficitur. Itaque nisi fallor existimanti Hellenotamiarum, non logistarum scribas intellegendos esse nil repugnat.

At, dicet aliquis, nonne C. I. A. I 228 perscriptum est: *ἐπὶ τῆς τρίτης ἀρχῆς, ἧ Διότιμος ἐγραμμάτευε τοῖς τριάκοντα?* Quae verba ut primo aspectu putes Diotimum logistarum fuisse scribam significant. Neque vero video, quid sibi velint duo

[5]) C. I. A. I 315 [πα]ρὰ Ἑλληνοταμ[ιῶν ᾽]οἷς Πρωτογ[ένης ἐγραμ]μάτευε Κη[φισιε]ύς.

casus dativi verbo *γραμματεύειν* subjecti. Boeckhius illam difficultatem vitavit, cum id fragmentum, cui '*τοῖς τριάκοντα*' praefixum erat, anno septimo attribuendum esse putaret, cujus tituli frustula praescripto vacabant. Supplevit igitur [*ἐπὶ τῆς ἑβδόμης ἀρχῆς· ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε*] *τοῖς τριάκοντα.* Sed ordo a Koehlero institutus illud fragmentum anno tertio, cui *ἐπὶ τῆς τρίτης ἀρχῆς, ἧ Διότιμος ἐγραμμάτευε* praefixum est, assignandum esse docet. Re vera igitur praescriptum duos dativos exhibet. Neque vero putaverim ambos verbo *γραμματεύειν* subjiciendos esse, sed *ἧ* modo, cum haeream, qui de verbis *τοῖς τριάκοντα* judicandum sit. Nisi diffiderem tanta breviloquentia Athenienses unquam usos esse, Christio adsentirem arbitrato aliquid animo, conjicias *τάδε ἀπεφάνθη*, supplendum esse. Diotimum vero logistarum scribam intellegendum esse praescriptum mihi docere non videtur.

Quibus rebus interpositis ad Sosistratum jam redimus, quem praeter illum *Φυρο* . . . . exaratum esse arbitrati bellum contra Samios annis Ol 85,1 et 85,2 gestum esse statuere coacti sumus. Quibus anni Ol 85,1 temporibus initium ceperit, accuratius dici non jam potest. Sed cum non multo post tertiam expeditionem praetores novi anni auxilio missi sint, sequitur, ut bellum mense Elaphebolione fere initium ceperit. Hieme praecedente Samii Atheniensium praesidio, quod post primam expeditionem sine dubio aestate factam relictum erat, Pissuthni tradito defecisse videntur. Discordiae autem inter Samios et Milesios, propter quas prima expeditio ab Atheniensibus contra Samios facta est, exeunte anno Ol 84,4 nisi fallor natae sunt.

Hoc modo igitur res alia aliam excepisse videntur.

Ol 84,4 (vere) Samii et Milesii discordes fiunt.

Ol 85,1 (aestate) Athenienses primam expeditionem faciunt.

Ol 85,1 (hieme) Samii et Byzantii deficiunt.

Ol 85,1 (vere) Athenienses secundam et paulo post expeditionem tertiam faciunt.

Ol 85,2 (aestate) Athenienses quinque novos praetores mittunt, qui una cum quinque reliquis Samum obsidentes

nono mense capiunt. Paullo post Byzantium in fidem recipitur.

Samiorum et Milesiorum discordias Ol 84,4 demum exeunte anno fuisse etiam Thucydides, si sensum loci recte percepi, tradidit. Scripsit [6]) enim discordias illas inde ab indutiis a Lacedaemoniis Atheniensibusque in triginta annos factis sexto anno fuisse, id est quinque annis post. Indutiae igitur Ol 83,3 exeunte anno factae sunt. Unde usque ad initium belli Peloponnesiaci, scilicet Elaphebolionem mensem anni Ol 87,1 quattuordecim anni praeterierunt, quot annos praeteriisse Thucydides contendit. [7]) Si vero discordiae exeunte anno demum factae sunt, fieri non potest, ut bellum eodem anno geri coeptum sit, nisi forte quis primam expeditionem initium belli intellegendum esse putat, quod ipse non posui, ut ex rebus supra expositis evincitur. Cum igitur Thucydides id, quod supra ex lapide conclusimus, confirmare videatur fortasse recte de Sosistrato et *Φυρο* .... illo judicavimus, quod, quanti momenti esset, vidimus. Lapis integer, cum consummationis formula grandioribus litteris exarata non sit, quod fieri solet, si omnia per annum expensa complectitur etiam plures pensiones exhibuisse videtur, quae cum ab antecedentibus segregatae essent, in alio quo bello eodem anno gesto consumptae erant. — Neque diu dubitari potest, quod bellum intellegendum sit. Eodem anno enim Byzantii quoque, qui una cum Samiis defecerant, ad officium reducti sunt, quod supra jam attigimus. Quo modo subacti sint Thucydides [8]) non accuratius explicat, sed verisimile est Atheniensium classem Samiis subactis Byzantium obsedisse, dum rursus in deditionem venit. Ad hanc rem lapidis fragmentum

---

[6]) I 115 *Ἀναχωρήσαντες δὲ ἀπὸ Εὐβοίας οὐ πολλῷ ὕστερον σπονδὰς ἐποιήσαντο πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους τριακοντούτεις, ἀποδόντες Νίσαιαν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα καὶ Ἀχαΐαν· ταῦτα γὰρ εἶχον Ἀθηναῖοι Πελοποννησίων. Ἕκτῳ δὲ ἔτει Σαμίοις καὶ Μιλησίοις πόλεμος ἐγεν. π. Πρ.*

[7]) II 2 *Τέσσερα μὲν γὰρ καὶ δέκα ἔτη ἐνέμειναν αἱ τριακοντούτεις σπονδαὶ, αἳ ἐγένοντο μετ᾽ Εὐβοίας ἅλωσιν.*

[8]) I 117 *ξυνέβησαν δὲ καὶ Βυζάντιοι ὥσπερ καὶ πρότερον ὑπήκοοι εἶναι.*

spectare videtur C. I. A. I 178 exaratum, quod ut Kirchhoffius nostra sententia jure ex eadem crassitudine lapidum conclusit, cum eo de quo egimus in unum coarctandum videtur. Fragmentum hoc est:

Α
Ν Ε Γ
Ο Ι Σ Ι Γ
\ Ο Ι Σ Δ Ε Κ
L Φ Α ι Δ Ι Ο Ν
ΤΟΣΚΕΦΑ

Quod, cum duos consummationis formulas exhibeat, alteram sollemnibus, alteram grandioribus litteris perscriptam praecedens fragmentum claudere putamus. Formula superior id quod in Byzantios, formula subsequens id, quod et in Samios et in Byzantios insumptum erat, complectitur.

Totus lapis igitur ad hunc fere modum compositus videtur esse.

I. in Samiis consumptae erant
  1. prima pensio aut Ol 85,1 aut initio Ol 85,2 facta,
  2. secunda } pensiones Ol 85,2 factae.
  3. tertia }
 Consummatio.
II. in Byzantiis consumptae erant
  una vel duae pensiones Ol 85,2 factae.
 Consummatio.
Consummatio expensorum omnium.

Jam addere aliquid liceat, quod adhuc satis incertum est, neque tamen omnino neglegi debere videtur. Quaerendum enim est, utrum in lapide, quem tractavimus, omnes pecuniae in bello consumptae exaratae sint necne vel utrum omnes pecuniae, quibus opus erat, ex aerario Minervae erogatae sint, an pars modo, cum ceterae ex pecuniis praeter Minervae opes in arce depositis sumptae sint. [9]) De qua re certi quidquam vix

[9]) Re vera in arce praeter Minervae pecunias sacras fuisse pecunias publicas, quibus Hellenotamiae praeerant, Kirchhoffius mihi satis persuasit (Comm. acad. Berol. 1876).

dici potest, cum sacrae modo pecuniae in lapidibus incisae esse videantur. Quin post scilicet belli Peloponnesiaci temporibus etiam pecuniae non sacrae in bello consumptae sint, mihi dubium esse non videtur, quamvis Belochius, ut solet, Kirchhoffio, quem sequor, adversetur. Id enim vel inde perspici potest, quod per quadriennium Ol 88,3—89,2, ut illa usurarum tabula docet, ex Minervae aerario non plus 747 talenta ad belli usus mutuo sumptae sunt, quae omnibus expeditionibus, quas tabula exhibet, suffecisse omnino non possunt. Similia de C. I. A. I 180—183 valere videntur. Attamen ausus sim contendere ad bellum Samium gerendum omnes pecunias ex Minervae aerario mutuo sumptas esse. Cum enim mihi verisimile esse videtur Athenienses pecuniis publicis quam diutissime pepercisse, tum bellum tantis fere pecuniis stetisse, quantas tabula exhibet. Nam si Isocrati [10]) Nepoti [11]) Diodoro [12]) fides habenda est obsidio Sami 1200 talentis stetit, a quibus ea 1276 talenta differre non videntur, quae pensio secunda et tertia exhibent. Quae si vera est suspicio, putaveris cum lapidem omnes pecunias exhibere, tum eas pensiones, quae ante obsidionem consumptae sint, praeter unam deperditas esse.

Bellum contra Samios annis Ol 85,1 et 85,2, non annis Ol 84,4 et Ol 85,1 gestum esse etiam ex sexagesimae tributorum catalogis erui posse videtur. Anno Ol 84,4 enim, scilicet mense Elaphebolione, Byzantii tributum persolvere non neglexerunt, ut laterculus ad illum annum spectans docet. [13]) Qua re

---

[10]) *περὶ ἀντιδίσεως* 69 *Μετὰ δὲ ταύτας τὰς πράξεις ἐπὶ Σάμον στρατεύσας* (sc. Timotheus), *ἣν Περικλῆς ὁ μεγίστην ἐπὶ σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ δόξαν εἰληφὼς ἀπὸ διακοσίων καὶ χιλίων ταλάντων κατεπολέμησε.*

[11]) Vita Timothei 1 Samum cepit in quo oppugnando superiori bello Athenienses 1200 talenta consumpserant.

[12]) XII, 28 *κολάσας δὲ τοὺς αἰτίους* (sc. Pericles) *ἐπράξατο τοὺς Σαμίους τὰς εἰς τὴν πολιορκίαν γεγενημένας δαπάνας, τιμησάμενος αὐτὰς ταλάντων διακοσίων* (ante *διακοσίων,* fortasse librariorum neglegentia, *χιλίων καὶ* intercidisse certum esse videtur).

[13]) Nomen enim deperditum necessario ad *Χ Γ Γ Ϝ Ͱ Ι Ι Ι Ι* supplendum est.

cum comprobetur Byzantios tum nondum defecisse, non nimis verisimile mihi esse videtur eodem anno bellum ipsum geri coeptum esse. Praeterea quod Athenienses anno Ol 85,2 aliquid in tributis imperandis mutaverunt, ut viri docti ex frustulis laterculi ad eum annum pertinentis concluserunt, cum alium ordinem sociorum et primitias aliquot solitis majores exhibeant, anno Ol 85,2 demum bellum confectum esse, nisi fallor, docet. Non injuria enim suspiceris causam mutationis fuisse obsidionem per tot menses tolerandam, quae Athenienses tanta ira inflammabat, ut jam tum socios etiam gravius quam ante premere constituerent.

Samii denique subacti non tributa persolvere jussi sunt, sed eas pecunias, quas Athenienses in bello consumpserant. Quod Thucydides memoriae prodidit, [14]) cum Ephorus obsidionis modo sumptus eos reddere jussos esse existimavisse videatur, ut ex Diodori verbis supra allatis efficitur. Utri major fides habenda sit, certo scire non licet, sed ea, quae Thucydides scripsit, majorem speciem veritatis habent. Vix enim intellegas, cur Athenienses nullos Samios flagitaverint pecunias pro sumptibus ante obsidionem factis. Byzantii autem non sumptus belli reddere jussi sunt, sed majora tributa perpendere, ut laterculi docent. Cum enim usque ad annum Ol 84,3 persolvissent 15 talenta 4300 drachmas, postea 18 talenta 1800 drachmas persolvere coacti erant.

In recuperando Byzantio Selymbriani et Calchedonii Athenienses aliquid adjuvisse videntur. Neque enim aliter apparet, qui factum sit, ut Selymbriani cum ante Ol 85,2 5 talenta persolvissent, post 900 drachmas modo usque ad annum Ol 88,3 persolvere jussi sint. Id significare videtur eis pro aliquibus meritis per complures annos tributa condonata fere esse: Similia de Calchedoniis valere videntur, qui post Byzantium captum 6 talenta perpenderunt neque inde ab Ol 88,4 solitis majora pendere coacti sunt, sed minora quoque, cum ante Ol 85,2 9 talenta perpendissent.

---

[14]) I 117 *τὰ χρήματα τὰ ἀναλωθέντα κατὰ χρόνους ταξάμενοι ἀποδοῦναι.*

Quales res, cur factae sint, quamquam nunquam fere pro certo dici potest, tamen aliquid de Abderitis inseruerimus, qui usque ad Ol 86,1 15 talenta quotannis persolverunt, cum in laterculo anni Ol 88,1 10 talenta persolventes exstent ac ne inde quidem ab Ol 88,4 majora perpendere jussi sint. Apparet igitur uno aliquo ex eis annis, qui sunt inter Ol 86,1 et 88, 1 intermedii, tertiam partem tributorum ante persolutorum remissam esse. Quod factum est, nisi fallor anno Ol 87,2. Quo anno Athenienses, ut Thucydides tradidit,[15]) Nymphodoro Abderita auctore cum Sitalca Thracum rege et Perdicca Macedonum rege foedera pepigerunt.

Quae Atheniensibus sane non multum profuerunt, cum paulo post rursus dissolverentur. Neque tamen mihi incredibile esse videtur Abderitis pro Nymphodori in se merita Athenienses tum remisisse tributorum tertiam partem.

Sed jam ad Samios redeamus, ut pauca ad bellum ipsum, non tempus belli pertinentia addamus. Id per duos annos, non per unum annum gestum esse cum aliunde tum vel inde cognosci potest, quod ei praetores, quos Androtio bellum gessisse tradidit, plane alii sunt atque ei, quos Thucydides enumerat, scilicet Thucydidem Hagnonem Phormionem Tlepolemum Anticlem. Contra apud Androtionem, quem Schol. Arist. III, p. 485 Dind. exscripsit, hi praetores secundum tribuum ordinem enumerati reperiuntur:

---

[15]) II, 29 *Καὶ ἐν τῷ αὐτῷ θέρει Νυμφόδωρον τὸν Πύθεω, ἄνδρα Ἀβδηρίτην, οὗ εἶχε τὴν ἀδελφὴν Σιτάλκης, δυνάμενον παρ' αὐτῷ μέγα οἱ Ἀθηναῖοι πρότερον πολέμιον νομίζοντες, πρόξενον ἐποιήσαντο καὶ μετεπέμψαντο, βουλόμενοι Σιτάλκην σφίσι τὸν Τήρεω, Θρακῶν βασιλέα, ξύμμαχον γενέσθαι.* **Infra:** *ἐλθών τε ἐς τὰς Ἀθήνας ὁ Νυμφόδωρος τήν τε τοῦ Σιτάλκου ξυμμαχίαν ἐποίησε καὶ Σάδοκον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀθηναῖον, τόν τε ἐπὶ Θρᾴκης πόλεμον ὑπεδέχετο καταλύσειν. πείσειν γὰρ Σιτάλκην πέμπειν στρατιὰν Θρᾳκίαν Ἀθηναίοις ἱππέων τε καὶ πελταστῶν. ξυνεβίβασε δὲ καὶ τὸν Περδίκκαν τοῖς Ἀθηναίοις καὶ Θέρμην αὐτῷ ἔπεισεν ἀποδοῦναι. ξυνεστράτευσε τ' εὐθὺς Περδίκκας ἐπὶ Χαλκιδέας μετ' Ἀθηναίων καὶ Φορμίωνος. Οὕτω μὲν Σιτάλκης τε ὁ Τήρεω, Θρακῶν βασιλεύς, ξύμμαχος ἐγένετο Ἀθηναίοις καὶ Περδίκκας ὁ Ἀλεξάνδρου Μακεδόνων βασιλεύς.*

Σωκράτης Ἀναγυράσιος (Erechtheis).
Σοφοκλῆς ἐκ Κολωνοῦ (Aegeis).
Ἀνδοκίδης Κυδαθηναιεύς (Pandionis).
Κρέων Σκαμβωνίδης (Leontis).
Περικλῆς Χολαργεύς (Acamantis).
Γλαύκων ἐκ Κεραμέων (Acamantis).
Καλλίστρατος Ἀχαρνεύς (Oeneis).
Ξενοφῶν Μελιτεύς (Cecropis).

Hos primo anno belli munere functos esse probabile est, cum ei, quos Thucydides nominat, initio secundi anni successerint. Cum ex eis nemo in Androtionis tabula inveniatur credendum est ad minimum quinque praetoribus anni primi magistratum prorogatum non esse. Qui illi fuerint, hodie non jam scire licet, cum neutrius anni praetores omnes noti sint. Androtio sine dubio omnes decem nominaverat, ut ex verbis tabulae praefixis agnoscitur, scilicet:

τῶν δέκα στρατηγῶν τῶν ἐν Σάμῳ τὰ ὀνόματα κατ' Ἀνδροτίωνα,
sed duorum nomina nescio quo casu deperdita sunt. Cum ex Acamantide tribu item, ut anno Ol 86,4 duo praetores creati sint, scilicet Pericles et Glauco, J. G. Droysenius,[16]) praeclarissimus ille vir, statuit decem praetores tum non singulos ex singulis tribubus ut ante, sed singulos in usum singularum tribuum creatos esse, vel, ut Aristoteles[17]) dicit '*ἐκ πάντων*' quod nobis quidem satis probavit. Alter igitur praetor alius atque Acamantidis tribus putandus est, scilicet ejus ex qua nemo creatus erat. Uter fuerit, perdifficile dictu est. Sed puto nonnulla dici posse, quae speciem quandam veritatis habeant. Mirum enim est praeter Periclem ipsum iterum ac saepius alios ex eadem tribu creatos esse, quod non solum anno Ol 85,1 et 86,4, sed etiam anno Ol 87,2[18]) factum esse certum est. — Neque quisquam putabit id aliis annis factum non esse. — Id vix exspectaveris. Multo verisimilius esse putes

---

[16]) Hermae vol. IX 1 sqq.
[17]) Civ. Ath. 61.
[18]) *Καρκίνος Θορίκιος* Acamantidis est.

Periclem ipsum solum ex Acamantide tribu creatum esse, cui nemo contribulium par esset. Cum res, ut tabulae docent, se contra habeat, hoc judicaverim: Quoniam Pericles per continuos annos creabatur, fieri non potuit, ut etiam contribules, si alii praetores singuli ex singulis tribubus creati essent, praetores fierent. Quod cum patriae minime saluti esse posset aliquo modo vitandum erat. Ac nisi fallor eo vitabatur, quod Pericles ipse probuleumate antea facto ei ipsi tribui praeficiebatur, ex qua nemo dignus erat, qui crearetur. De qua re jure dubitaretur, si Glauco solus praeter Periclem ex Acamantide creatus esset, quem, cum vir nobilissimus ac praeclarissimus esset, minime incredibile est in usum alius tribus creatum esse adversariis, qui suae tribus praeturam appeterent, victis. Qui autem Carcinus vir alioqui ignotus in usum suae tribus non creatus in usum alius quoque tribus creari potuerit, equidem non intellego, cum sine dubio multo difficilius esset quam suae tribus praetorem fieri. Periclem autem sine ulla difficultate et aliarum tribuum praetorem factum esse pro certo affirmaverim. Idem fere de Hippocrate valere videtur, praeter quem item alii ex Acamantide creati sunt.

Anno enim Ol 89,1 etiam Lamachus Cephalae pago ascriptus praetor erat, ut ex Thucydidis libri quarti ea parte agnoscitur, quae est de rebus hoc anno gestis. Num ambo prius quoque eodem anno collegae fuerint, pro certo affirmare non licet. Neque enim viri docti ex Aristophanis Acharnensibus quae fabula Lenaeis Ol 88,2 acta est jure efficere videntur, ut Lamachus eo anno praetor fuerit, quod praetoris munere fungens introducatur. Unde potius contrarium effecerim. Dubito enim, num poeta praetorem ullum, qui, quanta auctoritate et vi usus sit, nemo nescit, tali ratione illudere audere potuerit. Ac poetae illusio longe elegantior et acrior esse videtur, si Lamachus per jocum praetor nominatur, cum re vera praeturam appetens repulsam tulisset. Verisimile mihi igitur esse non videtur Lamachum anno Ol 88,3 Hippocratis collegam fuisse, quem praetorem fuisse usurarum tabulae

illius initium testis est.[19]) Simili modo ac de Pericle et Hippocrate etiam de Nicia judicandum esse videtur, qui Pericle mortuo longe summa auctoritate usus item per continuos annos praetor creatus est. Cum vero adhuc notus sit nemo, qui una cum Nicia Cydantida Aegeidi tribui ascriptus praetura functus est, hanc quaestionem accuratius perquirere nondum licet.

Veniamus ad eum titulum, qui C. I. A. I 179 exaratus continet rationes pecuniae a quaestoribus Minervae numeratae archonte Apseude anno Ol 86,4 ad sumptus expeditionis Corcyraeae faciendos, de quo Boeckhius post Rangaben tam egregie egit,[20]) ut nihil paene opus sit addere. Neque tamen velim neglegatur sollemnem consummationis formulam in titulo non reperiri, quod satis mirum est. Facile enim existimaverit quis infra eas duas pensiones, quarum fragmenta tenemus, etiam plures exaratas fuisse. Quae sententia tamen stare non potest, cum lapis, cujus margo inferior integer est, post versum ultimum ex tertia fere parte litteris vacet. Nisi forte igitur in latere averso lapidis, quod integrum esse non videtur, exaratum quid erat, id quod minime credibile est, existimandum est consummationis formulam omissam esse. Quod fortasse factum est, cum opus esse visum non sit duas modo pensiones, quarum utramque nonnisi talenta continuisse verisimile est, rursus complecti. Quae suspicio si vea est, eorum sententia non paulum adjuvatur, qui putant tabulam ad bellum Samium spectantem unius anni rationes exhibere. Praeterea sequi videtur, ut anno Ol 86,4 plus duae pensiones ex Minervae aerario factae non sint, nisi forte putas alias pensiones eodem anno factas in alio lapide incisas esse. Si vero non plus duae pensiones factae sunt, ne plus quidem duae expeditiones factae esse videntur. Nam quamquam concedendum est ex Minervae

---

[19]) C. I. A. I 273 *Τάδε οἱ ταμίαι παρέδοσαν, Ἀνδροκλῆς Φλυεὺς καὶ ξυνάρχοντες, Ἑλληνοταμίαις . . . . ει (η) καὶ ξυνάρχουσιν, στρατηγοῖς Ἱπποκράτει Χολαργεῖ καὶ ξυνάρχουσιν κ. τ. λ.*

[20]) Comment. acad. Berol. 1846 355 sqq.

aerario omnes pecunias, quibus opus erat, erogatas non esse, tamen fragmentis adhuc notis iterum ac saepius inspectis mihi persuasi ne expeditionem quidem factam esse, in cujus usum pecuniae ex Minervae aerario sive omnes sive nonnullae mutuo sumptae non sint. Quare contenderim Archestratum, Lycomedis filium, ab Atheniensibus post initium demum anni Ol 87,1 in Macedoniam missum esse, de qua re, cum e Thucydidis[21]) verbis accurate perspici non possit, viri docti alius aliam sententiam probant. Plus hodie praedicari nondum potest.

Addimus nonnulla de C. I. A. I 186, quae quamquam sentimus ipsi, quam incerta sint, tamen non plane indigna esse credimus, quae hoc loco afferantur. Fragmentum, quod sine dubio ei generi titulorum assignandum est, de quo agimus, hoc est:

I ' O ı
I O N I Δ O
ı T O E Δ O Θ
I Δ Α Σ K Α
Α Σ O Α Δ O E
E Ⱶ E I Θ O P Ͱ
vac. 0,04
X H H 𐅃 Δ 𐅃 T T
vac. 0,02
ı

Quod fragmentum Boeckhius[22]) propter magnitudinem pecuniarum consumptarum anno alicui assignavit, quo Athenienses maxime bello urgebantur. Non sine aliquo jure igitur Kirchhoffius[23]) suspicatus est unum ex eis intellegendum esse, per quos Potidaea obsidebatur. Sed mihi respiciendum esse videtur ordinem prytaniarum in tabula exaratarum eundem atque in usurarum tabulae ea parte esse, quae rationes pecu-

[21]) I 57.
[22]) Oecon. civ. Ath. II, 2. 381.
[23]) Comm. acad. Berol. 1876.

niarum anno Ol 88,3 expensarum complectitur. Ut in hoc fragmento, sic in illo Pandionidem prytaniam prytania octava excipit.[24] Accedit, quod reliquiae nominis exarati ex Aristotelis praetoris nomine superesse videntur, qui una cum Hierophonte eis viginti navibus praeerat, quas Acarnanenses hieme Ol 88,3 auxilio vocaverunt, ut Demosthene duce Ampraciotas et Peloponnesios Argos Amphilochicum oppugnare prohiberent. Quod quam praeclare perfecerint, nemo nescit. Hostes enim fusi ac fugati sunt, ut Demosthenes metu abjecto Athenas redire non dubitaret, cum illae viginti naves Naupactum veherentur, ubi remanentes eam pensionem accepisse videntur, de qua agimus.[25]

Cui ratiocinationi illa 1267 talenta post lacunam expressa prorsus repugnare videntur. Ut enim usurarum tabula docet neque hoc anno neque toto quadriennio tantae pecuniae a quaestoribus Minervae expensae sunt. Attamen contendere ausim re vera tantas pecunias per unum annum Ol 88,3 in bello consumptas esse. Quis enim credet illa 261 talenta, quae usurarum tabula exhibet, omnibus sex expeditionibus suffecisse, quam rem supra jam attigimus? Quare suspiceris pecunias ex Minervae aerario mutuo sumptas partem modo omnium pecuniarum consumptarum effecisse. Alteram partem eamque aliquanto majorem Hellenotamiae perpenderunt, quorum rationes item in tabula nostra breviter significatas fuisse incredibile mihi esse non videtur. Si enim illa 1267 talenta summam pecuniae hoc anno a quaestoribus Minervae expensae effecissent, grandioribus litteris exaranda fuissent, quod mihi neglegendum esse non videtur. Quid de spatio vacuo talentorum significationem antecedente, pro quo quintam et sextam pensionem exaratam esse exspectaveris, judicandum sit, nescio.

---

[24]) C. I. A. I 273 *Τρίτη δόσις ἐπὶ τῆς Παν[διονίδο|ς πρυτανείας] τετάρτης πρυτανευούσης . . . .*
Τ[ετάρτ]η δόσις ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος πρυτανεία[ς ὀγδόης | πρυτανευούσ]ης . .
[Πέμπ]τη δόσις ἐπὶ τῆς Ἀκαμαν[τίδος πρ]υτανείας ὀγδόης πρυτανευούσης.

[25]) Th. III. 105 sqq.

Anno Ol 89,1 fortasse id fragmentum tribuendum est, quod deinceps sequitur (C. I. A. I 187).

)ΥΤΟΕΔΟΘΕΔΙΟΝΥΣΙΟ
ΥΤΕΡΑΔΟΣΙΣΗΕΔ
ΔΕΥΤΕΡΑΕΓΡΥΤ
ΤΟΤΟΙΣ.ΚΚΑ.Α.
ΙΕΔΟΜΕΝΑ
ΕΜΕΡΑ ||||| Ο || ΓΑΡΕΣΑ·
ΤΑΙΜΟΙΑΔΒΟΙΕΣΕ
ΙΟΝΤΟΝΕΑΒΟΙΕΣΑ
ΤΟΥΤΟ ΧΡΟΝΟΝ
ΕΤΟΥΤΟΕΣΤΑ
ΕΓΙΤΕΣΓΑΝ
ΟΤΑΜΙΑΣ

Ut enim usurarum tabula docet anno Ol 89,1 prima pensio eis Hellenotamiis data est, quae anno praecedente munere functi erant.[26]) Quod, cum satis mirum sit, fortasse significat primam pensionem ante Panathenaea, scilicet vicesimo sexto die prytaniae, factam esse, cum Hellenotamiae magistratu se nondum abdicavissent. Quod vero Thucydides et collegae, qui Panathenaeis demum magistratum inibant, expendisse dicuntur, existimarim tabulam accurate compositam non esse. Si enim in prima pensione quaestores nominati essent, qui tum munere fungebantur, scilicet Phociades et collegae, in secunda pensione ei nominandi fuissent, qui subsecuti erant, non secus atque Hellenotamiae novi. Id autem a ratione hujus tituli, qui, ut primo aspectu videas, quam brevissime compositus est, plane abhorret. Maxime id spectabatur, ut dies, quibus pensiones factae erant, usuras computandi causa quam accuratissime

[26]) *[Τάδε παρέδ]οσαν οἱ ταμίαι Θ[ουκυ]δίδης Ἀχερδούσιος καὶ ξυνάρχοντες ἐπὶ Ἰσά[ρχου ἄρχο|ντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ . . . .] ι.χος [πρῶ]τος ἐγραμμάτευε, Ἑλληνοταμίαις ἕνοις δ (Δ) [. . | . .] Χαροπίδῃ Σκ[αμβ]ωνίδῃ καὶ ξυνάρχουσι[ν ἐπὶ τῆς . . . . | . . . . ίδος πρυτανείας . . . . πρυτανε]υούσης, ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανεί[ας . . . . | . . . . τόκος τού]τοις ἐγένετο ΧΧΧΧ𐅅Η|𐅄ΔΓΙΙΙΙΙ.*

perscriberentur, cum quis pecunias persolvisset aut accepisset, non multum interesset. Hellenotamiae igitur, qui primam pensionem acceperant, ei erant, qui inde a Panathenaeis Ol 88,4 — Ol 89,1 munere functi erant. Quorum tres cognovimus ex primitiarum laterculo ad annum Ol 88,4 spectante (C. I. A. I 259) Erant

Δι]ο[νύ]σιο[ς Ἀχαρ]νεύς, Αἴσχρων Μαραθώνιος, Φιλωπίδης Παλλη[νεύς].

Dionysius, nisi fallor, idem est ac is, quem fragmentum exhibet (*τοῦτο ἐδόθη Διονυσίω[ι]*). Fortasse igitur in usurarum tabula post verbum *ἕνοις* supplendus est. Vestigia enim litterae *δ* (*Δ*) adhuc supersunt. Vide, nonne tota lacuna sic explenda sit:

Ἑλληνοταμίαις ἕνοις Δ[ιονυσίῳ Ἀχαρνεῖ καὶ ξυνάρχουσιν καὶ παρέδροις] Χαροπίδῃ Σκ[αμβ]ωνίδῃ καὶ ξυνάρχουσιν.

Si Dionysii re vera iidem sunt, dubitari non potest, quin fragmentum anno Ol 89,1 tribuendum est. Anno Ol 88,4 enim secunda prytania, quam fragmenti vs. 3 exhibet, pensio ulla omnino facta non est. Praeterea cum secundam pensionem secunda prytania factam esse appareat, perfacile fieri potest, ut prima pensio prima prytania facta sit, quod supra posuimus. Illud *ΗΕΛ*, quomodo intellegendum sit, obscurum est. Si *Ἑλληνοταμίαις* exstitit lapicidam Atticorum rationem scribendi accurate secutum non esse constat. An litterae *ΗΕΛ* initium nominis Hellenotamiarum principis significant, qui Panathenaeis Ol 89,1 magistratum inierat? Quod si certum esset suspicionem nostram optime confirmaret.

Vs. 4 . . . *το τοῖς [ἐ]κκα[ί]δ[εκα]*, vs. 6 *ἡμέρα[ι λ]ο[ι]παὶ ἦσα[ν]* exstitisse videtur.

Plus de fragmento praedicare non licet.

Finem commentationum faciant tabulae Hellenotamiarum ab anno Ol 81,3 usque ad annum Ol 91,2 praetorumque nonnullorum, qui quibus tribubus ascripti fuerint non ignoramus.

Tabula Hellenotamiarum.

Ol.	Archon Atticus.	Primi senatus scriba.	Hellenotamiarum prytanis.	Hellenotamiarum scriba.
81,3	*Ἀρίστων*			
81,4	*Λυσικράτης*			*Α* .... I. 227.
82,1	*Χοιρεφάνης*			*Διότιμος* .... I. 228.
82,2	*Ἀντίδοτος*			.... *λης Ἁλιμούσιος* I. 229.
82,3	*Εὐθύδημος*(?)			.... *Ἁλαιεύς* I. 230.
82,4	*Πεδιεύς*			*Μενέτιμος Λαμπτρεύς* I. 231.
83,1	*Φίλισκος*			
83,2	*Τιμαρχίδης*			*Διοδ* .... *Παιονίδης* I. 233.
83,3	*Καλλίμαχος*			
83,4	*Λυσιμαχίδης*			*Εὐ* .... I. 235.
84,1	*Πραξιτέλης*			*Στρόμβιχος Χολλείδης* I. 236. 310.
84,2	*Λυσανίας*	*Τιμοθ* .... *ος* (?) I. 309.	*Σοφοκλῆς Κολωνῆθεν* I. 237.	*Σοφιάδης Ἐλευσίνιος* I. 237. 309 (?)
84,3	*Δίφιλος*		*Δορύφιλος Ἰκαριεύς* I. 238.	*Χαλκιδεὺς Μελιτεύς* I. 238.
84,4	*Τιμοκλῆς*			
85,1	*Μορυχίδης*		*Αἰσχύλος Ἐλευσίνιος* I. 240.	*Σωσίστρατος Ὑβάδης* I. 177 (?) 240.
85,2	*Γλαυκίδης*			*Φυρο* .... (?) I. 177.
85,3	*Θεόδωρος*		.... *ἐκ Κεραμέων* I. 242.	.... *Ἀχαρνεύς* I. 242. 316 (?)
85,4	*Εὐθυμένης*	.... *δης* I. 314.	.... *χος Χαριδήμου Ξυπεταιών* I. 243.	.... *κος ἐκ Κεραμέων Ἐπιχάρους* I. 243.
86,1	*Λυσίμαχος*		*Διονύσιος* ... I. 244.	.... *φιλε* .... *εκτου* I. 244.
86,2	*Ἀντιλοχίδης*			
86,3	*Κράτης*	*Μεταγένης* ... I. 301. 315.		*Πρωτογένης Κηφισιεύς* I. 315.
86,4	*Ἀψεύδης*	*Κριτιάδης Φαείνου Τειθράσιος* I. 179. IV. 1. 33. 33a.		
87,1	*Πυθόδωρος*		*Φιλέταιρος Ἰκαριεύς* I. 247.	.... *μοχάρης Μυρρινούσιος* I. 247.
87,2	*Εὐθύδημος*	.... *στιμο. εγγ* .... IV. 1. 179 A.		

Ol.	Archon Atticus.	Primi senatus scriba.	Hellenotamiarum prytanis.	Hellenotamiarum scriba.
87,3	Ἀπολλόδωρος			
87,4	Ἐπαμείνων	Καλλίστρατος .... I. 194. 195.		
88,1	Διότιμος	Σκόπας .... I. 40.		
88,2	Εὐκλῆς			
88,3	Εὔθυνος	Μεγακλείδης Λευκονοεύς I. 40. 176. 273.	.... εύς (ης) I. 273.	} ... ιππος Φυλάσιος I. 257.
88,4	Στρατοκλῆς	Πλειστίας .... I. 37. 273.	Διονύσιος Ἀχαρνεύς (?) I. 187. 259 (?)	
89,1	Ἴσαρχος	.... ι· χος I. 273.		
89,2	Ἀμυνίας	Δημήτριος Κολλυτεύς I. 273.		
89,3	Ἀλκαῖος			.... εύς I. 260.
89,4	Ἀριστίων			
90,1	Ἀστύφιλος			
90,2	Ἀρχίας			
90,3	Ἀντιφῶν		Ἐργοκλῆς Ἀριστείδου Βησαιεύς I. 180.	
90,4	Εὔφημος			
91,1	Ἀρίμνηστος			
91,2	Χαβρίας	.... ίδης I. 183.	Ἀριστοκράτης Εὐωνυμεύς I. 183.	

Tabula praetorum.

Ol.	Ἐρεχϑηίς.	Αἰγηίς.	Πανδιονίς.	Λεοντίς.	Ἀκαμαντίς.	Οἰνηίς.	Κεκροπίς.	Ἱπποϑωντίς.	Αἰαντίς.	Ἀντιοχίς.
85,1	Σωκράτης	Σοφοκλῆς	Ἀνδοκίδης	Κρέων	Γλαύκων Περικλῆς	Καλλίστρατος	Ξενοφῶν			
86,4	Διότιμος	Δρακοντίδης(?)			Γλαύκων Περικλῆς	Λακεδαιμόνιος	Πρωτέας	....ένης		
87,1			Φορμίων		Περικλῆς					
87,2		Σωκράτης	Φορμίων		Καρκίνος Περικλῆς		Πρωτέας			
87,3			Φορμίων		Περικλῆς (?)					
87,4			Ἀσώπιος †		Περικλῆς †					
88,1		Νικίας								
88,2		Νικίας					Λάχης		Δημοσθένης	
88,3		Νικίας			Ἱπποκράτης		Ἱππόνικος Λάχης (abr.)		Δημοσθένης (abr).	Ἀριστοτέλης (?)
88,4		Νικίας	Κλέων (pro Nicia)						Δημοσθένης	Αὐτοκλῆς
89,1		Νικίας		Θουκυδίδης	Λάμαχος Ἱπποκράτης				Δημοσθένης	Αὐτοκλῆς
89,2			Κλέων †							
90,3		Νικίας				Λυσίστρατος			Δημοσθένης	Αὐτοκλῆς
90,4			Χαιρήμων (?)		Τεισίας		Κλεομήδης			

Vita.

Natus sum, Guilelmus Bannier, in vico quodam Saxo-Borussico, qui vernacula lingua Eickhorst nominatur, a. d. XI. Kal. Oct. anni 1867 matre Guilelmia, e gente Bannier, quam post Adolphus Meyer in matrimonium duxit. Fidem confiteor evangelicam. In schola elementaria Duelsebergensi litterarum elementis imbutus anno 1878 gymnasio Soltquellensi, quod Legerlotzio directore floret, traditus sum. Maturitatis testimonio munitus anni 1887 vere universitatis Tubingensis civibus ascriptus sum, ut philosophiae, philologiae, historiae studiis operam darem. Hieme ejusdem anni Berolinum me contuli ibique per septies sex menses iisdem studiis incubui. Docuerunt me Tubingae viri clarissimi Kugler, Sigwart, Spitta, Strauch; Berolini Curtius, Diels, Dilthey, Ebbinghaus, Geiger, Grimm, Hirschfeld, Hübner, Kirchhoff, Paulsen, E. Schmidt, Vahlen, Wattenbach, Zeller. Seminario philologorum Vahleni et Kirchhoffii auspiciis per ter sex menses, exercitationibus ad inscriptiones Graecas spectantibus Kirchhoffii benignitate per quater sex menses interfui. Quibus viris omnibus gratias ago quam maximas, inprimis vero viro clarissimo Kirchhoffio, qui studia mea summa cum benevolentia, consiliis, exemplo et sublevavit et duxit.

Theses.

I. C. I. A. I 220. 221. titulis curatorum operum publicorum adsignandum est.

II. Versus Chironum Cratini a Plut. vit. Per. c. 3 citati legendi sunt: *Στάσις δὲ καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τίκτετον τύραννον, ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεὸν καλέουσι.*

III. Versus Synoridis Diphili ab Ath. VI, p. 247a citati legendi et ordinandi sunt hoc fere modo: M. *ἄριστ' ἀπαλλάττεις ἐπὶ τούτου τοῦ κύβου ἀστεῖος ὢν δραχμὴν ὑπόθες* P. *κεῖται πάλαι* M. *πῶς ἂν βάλοιμ' Εὐριπίδην* P. *οὐκ ἄν ποτε.*

IV. Oratio Antiphontea ‚*περὶ τοῦ Λινδίων φόρου*' anno Ol. 88,4 vel paulo ante habita est.

V. Orationis pseudolysianae funebris in § 17 legendum est: *ἔστι γὰρ ἀρχὴ τοῦ βίου τὰ δίκαια.*

VI. Suidas s. *αἶνος* legendum est: *αἶνος· λόγος αἰνιγματώδης ἢ ἔπαινος καὶ ἐγκώμιον.*

VII. Hesychius s. *Λακωνικαί* legendum est: *Λακωνικαί· ὑποδήματα, ἃ καλεῖται καὶ Ἀμυκλάδες.*

VIII. Schol. Ar. Aves 997 legendum est: *ἴσως γὰρ ἦν τι καὶ ἐν Κολωνῷ, ὁ δὲ Φιλόχορος ἐν Κολωνῷ μὲν αὐτὸν οὐδὲν θεῖναι λέγει, ἐπὶ Πυθοδώρου δὲ τοῦ μετὰ Ἀψεύδη ἡλιοτρόπιον ἐν τῇ νῦν οὔσῃ ἐκκλησίᾳ πρὸς τῷ τείχει τῷ ἐν τῇ πυκνί.*

Typis G. Paetzii (Lippert & Co.) Naumburgi ad Salam.

Anno Ol 89,1 fortasse id fragmentum tribuendum est, quod deinceps sequitur (C. I. A. I 187).

) Υ Τ Ο Ε Δ Ο Θ Ε Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ι Ο
Υ Τ Ε Ρ Α Δ Ο Σ Ι Σ Η Ε Δ
Δ Ε Υ Τ Ε Ρ Α Ε Γ Ρ Υ Τ
Τ Ο Τ Ο Ι Σ . Κ Κ Α . Δ .
Ι Ε Δ Ο Μ Ε Ν Α
Ε Μ Ε Ρ Α |||| Ο || Γ Α Ρ Ε Σ Α·
Τ Α Ι Μ Ο Ι Α Α Β Ο Ι Ε Σ Ε
Ι Ο Ν Τ Ο Ν Ε Α Β Ο Ι Ε Σ Α
Τ Ο Υ Τ Ο Χ Ρ Ο Ν Ο Ν
Ε Τ Ο Υ Τ Ο Ε Σ Τ Α
Ε Γ Ι Τ Ε Σ Γ Α Ν
Ο Τ Α Μ Ι Α Σ

Ut enim usurarum tabula docet anno Ol 89,1 prima pensio eis Hellenotamiis data est, quae anno praecedente munere functi erant.[26]) Quod, cum satis mirum sit, fortasse significat primam pensionem ante Panathenaea, scilicet vicesimo sexto die prytaniae, factam esse, cum Hellenotamiae magistratu se nondum abdicavissent. Quod vero Thucydides et collegae, qui Panathenaeis demum magistratum inibant, expendisse dicuntur, existimarim tabulam accurate compositam non esse. Si enim in prima pensione quaestores nominati essent, qui tum munere fungebantur, scilicet Phociades et collegae, in secunda pensione ei nominandi fuissent, qui subsecuti erant, non secus atque Hellenotamiae novi. Id autem a ratione hujus tituli, qui, ut primo aspectu videas, quam brevissime compositus est, plane abhorret. Maxime id spectabatur, ut dies, quibus pensiones factae erant, usuras computandi causa quam accuratissime

---

[26]) [*Τάδε παρέδ*]*οσαν οἱ ταμίαι Θ*[*ουκυ*]*δίδης Ἀχερδούσιος καὶ ξυνάρχοντες ἐπὶ Ἰσά*[*ρχου ἄρχο*|*ντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ . . . .*] *ι.χος* [*πρῶ*]*τος ἐγραμμάτευε, Ἑλληνοταμίαις ἕνοις δ* (*Δ*) [. . | . .] *Χαροπίδῃ Σκ*[*αμβ*]*ωνίδῃ καὶ ξυνάρχουσι*[*ν ἐπὶ τῆς . . . .* | *. . . . ίδος πρυτανείας ; . . . πρυτανε*]*υούσης, ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανεί*[*ας . . . .* | *. . . . τόκος τού*]*τοις ἐγένετο* *Χ Χ Χ Χ Ρ Η* |*Δ Δ Γ Ι Ι Ι Ι Ι.*

perscriberentur, cum quis pecunias persolvisset aut accepisset, non multum interesset. Hellenotamiae igitur, qui primam pensionem acceperant, ei erant, qui inde a Panathenaeis Ol 88,4 — Ol 89,1 munere functi erant. Quorum tres cognovimus ex primitiarum laterculo ad annum Ol 88,4 spectante (C. I. A. I 259) Erant

Δι]ο[νύ]σιο[ς Ἀχαρ]νεύς, Αἴσχρων Μαραθώνιος, Φιλωτάδης Παλλη[νεύς].

Dionysius, nisi fallor, idem est ac is, quem fragmentum exhibet (*τοῦτο ἰδόθη Διονυσίω{ι]*). Fortasse igitur in usurarum tabula post verbum *ἕνοις* supplendus est. Vestigia enim litterae δ (Δ) adhuc supersunt. Vide, nonne tota lacuna sic explenda sit:

Ἑλληνοταμίαις ἕνοις Δ[ιονυσίῳ Ἀχαρνεῖ καὶ ξυνάρχουσιν καὶ παρέδροις] Χαροπίδῃ Σκ[αμβ]ωνίδῃ καὶ ξυνάρχουσιν.

Si Dionysii re vera iidem sunt, dubitari non potest, quin fragmentum anno Ol 89,1 tribuendum est. Anno Ol 88,4 enim secunda prytania, quam fragmenti vs. 3 exhibet, pensio ulla omnino facta non est. Praeterea cum secundam pensionem secunda prytania factam esse appareat, perfacile fieri potest, ut prima pensio prima prytania facta sit, quod supra posuimus. Illud *HEΔ*, quomodo intellegendum sit, obscurum est. Si *Ἑλληνοταμίαις* exstitit lapicidam Atticorum rationem scribendi accurate secutum non esse constat. An litterae *HEΔ* initium nominis Hellenotamiarum principis significant, qui Panathenaeis Ol 89,1 magistratum inierat? Quod si certum esset suspicionem nostram optime confirmaret.

Vs. 4 . . . *το τοῖς [ἑ]κκα[ί]δ[εκα]*, vs. 6 *ἡμέρα[ι λ]ο[ι]παὶ ἦσα[ν]* exstitisse videtur.

Plus de fragmento praedicare non licet.

Finem commentationum faciant tabulae Hellenotamiarum ab anno Ol 81,3 usque ad annum Ol 91,2 praetorumque nonnullorum, qui quibus tribubus ascripti fuerint non ignoramus.

Tabula Hellenotamiarum.

Ol.	Archon Atticus.	Primi senatus scriba.	Hellenotamiarum prytanis.	Hellenotamiarum scriba.
81,3	Ἀρίστων			
81,4	Λυσικράτης			Α.... I. 227.
82,1	Χοιρεφάνης			Διότιμος.... I. 228.
82,2	Ἀντίδοτος			.... λης Ἁλιμούσιος I. 229.
82,3	Εὐθύδημος(?)			.... Ἁλαιεύς I. 230.
82,4	Πεδιεύς			Μενέτιμος Λαμπτρεύς I. 231.
83,1	Φίλισκος			
83,2	Τιμαρχίδης			Διοδ.... Παιονίδης I. 233.
83,3	Καλλίμαχος			
83,4	Λυσιμαχίδης			Εὐ.... I. 235.
84,1	Πραξιτέλης			Στρόμβιχος Χολλείδης I. 236. 310.
84,2	Λυσανίας	Τιμοθ.... ος (?) I. 309.	Σοφοκλῆς Κολωνῆθεν I. 237.	Σοφιάδης Ἐλευσίνιος I. 237. 309 (?)
84,3	Δίφιλος		Δορύφιλος Ἰκαριεύς I. 238.	Χαλκιδεὺς Μελιτεύς I. 238.
84,4	Τιμοκλῆς			
85,1	Μορυχίδης		Αἰσχύλος Ἐλευσίνιος I. 240.	Σωσίστρατος Ὑβάδης I. 177 (?) 240.
85,2	Γλαυκίδης			Φυρο.... (?) I. 177.
85,3	Θεόδωρος		.... ἐκ Κεραμέων I. 242.	.... Ἀχαρνεύς I. 242. 316 (?)
85,4	Εὐθυμένης	.... δης I. 314.	.... χος Χαριδήμου Ξυπεταιών I. 243.	.... κος ἐκ Κεραμέων Ἐπιχάρους I. 243.
86,1	Λυσίμαχος		Διονύσιος... I. 244.	.... φιλε.... εκτου I. 244.
86,2	Ἀντιλοχίδης			
86,3	Κράτης	Μεταγένης... I. 301. 315.		Πρωτογένης Κηφισιεύς I. 315.
86,4	Ἀψεύδης	Κριτιάδης Φαείνου Τειθράσιος I. 179. IV. 1. 33. 33a.		
87,1	Πυθόδωρος		Φιλέταιρος Ἰκαριεύς I. 247.	.... μοχάρης Μυρρινούσιος I. 247.
87,2	Εὐθύδημος	.... στιμο. εγγ.... IV. 1. 179 A.		

Ol.	Archon Atticus.	Primi senatus scriba.	Hellenotamiarum prytanis.	Hellenotamiarum scriba.
87,3	Ἀπολλόδωρος			
87,4	Ἐπαμείνων	Καλλίστρατος .... I. 194. 195.		
88,1	Διότιμος	Σκόπας .... I. 40.		
88,2	Εὐκλῆς			
88,3	Εὔθυνος	Μεγακλείδης Λευκονοεύς I. 40. 176. 273.	.... εύς (ης) I. 273.	... ιππος Φυλάσιος I. 257.
88,4	Στρατοκλῆς	Πλειστίας .... I. 37. 273.	Διονύσιος Ἀχαρνεύς (?) I. 187. 259 (?)	
89,1	Ἴσαρχος	.... ι·χος I. 273.		
89,2	Ἀμυνίας	Δημήτριος Κολλυτεύς I. 273.		
89,3	Ἀλκαῖος			.... εύς I. 260.
89,4	Ἀριστίων			
90,1	Ἀστύφιλος			
90,2	Ἀρχίας			
90,3	Ἀντιφῶν		Ἐργοκλῆς Ἀριστείδου Βησαιεύς I. 180.	
90,4	Εὔφημος			
91,1	Ἀρίμνηστος			
91,2	Χαβρίας	.... ίδης I. 183.	Ἀριστοκράτης Εὐωνυμεύς I. 183.	

Tabula praetorum.

Ol.	Ἐρεχθηίς.	Αἰγηίς.	Πανδιονίς.	Λεοντίς.	Ἀκαμαντίς.	Οἰνηίς.	Κεκροπίς.	Ἱπποθωντίς.	Αἰαντίς.	Ἀντιοχίς.
85,1	Σωκράτης	Σοφοκλῆς	Ἀνδοκίδης	Κρέων	Γλαύκων Περικλῆς	Καλλίστρατος	Ξενοφῶν			
86,4	Διότιμος	Δρακοντίδης(?)			Γλαύκων Περικλῆς	Λακεδαιμόνιος	Πρωτέας	....ένης		
87,1			Φορμίων		Περικλῆς					
87,2		Σωκράτης	Φορμίων		Καρκίνος Περικλῆς		Πρωτέας			
87,3			Φορμίων		Περικλῆς (?)					
87,4			Ἀσώπιος †		Περικλῆς †					
88,1		Νικίας								
88,2		Νικίας					Λάχης Ἱππόνικος		Δημοσθένης	
88,3		Νικίας			Ἱπποκράτης		Λάχης (abr.)		Δημοσθένης (abr).	Ἀριστοτέλης (?)
88,4		Νικίας	Κλέων (pro Nicia)						Δημοσθένης	Αὐτοκλῆς
89,1		Νικίας		Θουκυδίδης	Λάμαχος Ἱπποκράτης				Δημοσθένης	Αὐτοκλῆς
89,2			Κλέων †							
90,3		Νικίας				Λυσίστρατος			Δημοσθένης	Αὐτοκλῆς
90,4			Χαιρήμων (?)		Τεισίας		Κλεομήδης			

Vita.

Natus sum, Guilelmus Bannier, in vico quodam Saxo-Borussico, qui vernacula lingua Eickhorst nominatur, a. d. XI. Kal. Oct. anni 1867 matre Guilelmia, e gente Bannier, quam post Adolphus Meyer in matrimonium duxit. Fidem confiteor evangelicam. In schola elementaria Duelsebergensi litterarum elementis imbutus anno 1878 gymnasio Soltquellensi, quod Legerlotzio directore floret, traditus sum. Maturitatis testimonio munitus anni 1887 vere universitatis Tubingensis civibus ascriptus sum, ut philosophiae, philologiae, historiae studiis operam darem. Hieme ejusdem anni Berolinum me contuli ibique per septies sex menses iisdem studiis incubui. Docuerunt me Tubingae viri clarissimi Kugler, Sigwart, Spitta, Strauch; Berolini Curtius, Diels, Dilthey, Ebbinghaus, Geiger, Grimm, Hirschfeld, Hübner, Kirchhoff, Paulsen, E. Schmidt, Vahlen, Wattenbach, Zeller. Seminario philologorum Vahleni et Kirchhoffii auspiciis per ter sex menses, exercitationibus ad inscriptiones Graecas spectantibus Kirchhoffii benignitate per quater sex menses interfui. Quibus viris omnibus gratias ago quam maximas, inprimis vero viro clarissimo Kirchhoffio, qui studia mea summa cum benevolentia, consiliis, exemplo et sublevavit et duxit.

Theses.

I. C. I. A. I 220. 221. titulis curatorum operum publicorum adsignandum est.

II. Versus Chironum Cratini a Plut. vit. Per. c. 3 citati legendi sunt: *Στάσις δὲ καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τίκτετον τύραννον, ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεὸν καλέουσι.*

III. Versus Synoridis Diphili ab Ath. VI, p. 247a citati legendi et ordinandi sunt hoc fere modo: M. *ἄριστ' ἀπαλλάττεις ἐπὶ τούτου τοῦ κύβου ἀστεῖος ὢν δραχμὴν ὑπόθες* P. *κεῖται πάλαι* M. *πῶς ἂν βάλοιμ' Εὐριπίδην* P. *οὐκ ἄν ποτε.*

IV. Oratio Antiphontea ,*περὶ τοῦ Λινδίων φόρου*' anno Ol. 88,4 vel paulo ante habita est.

V. Orationis pseudolysianae funebris in § 17 legendum est: *ἔστι γὰρ ἀρχὴ τοῦ βίου τὰ δίκαια.*

VI. Suidas s. *αἶνος* legendum est: *αἶνος· λόγος αἰνιγματώδης ἢ ἔπαινος καὶ ἐγκώμιον.*

VII. Hesychius s. *Λακωνικαί* legendum est: *Λακωνικαί· ὑποδήματα, ἃ καλεῖται καὶ Ἀμυκλάδες.*

VIII. Schol. Ar. Aves 997 legendum est: *ἴσως γὰρ ἦν τι καὶ ἐν Κολωνῷ, ὁ δὲ Φιλόχορος ἐν Κολωνῷ μὲν αὐτὸν οὐδὲν θεῖναι λέγει, ἐπὶ Πυθοδώρου δὲ τοῦ μετὰ Ἀψεύδη ἡλιοτρόπιον ἐν τῇ νῦν οὔσῃ ἐκκλησίᾳ πρὸς τῷ τείχει τῷ ἐν τῇ πυκνί.*

Typis G. Paetzii (Lippert & Co.) Naumburgi ad Salam.



